

40

P. lat. rec.

949

## SCICVLVS CARMINVM

Variorum, quæ à variis variarum vniuersæ Europæ  
Regionum incolis contexta, post

## ANATOMES PUBLICÆ

*Celebrationem plus tres septimanas, cum frequentissimo omnium  
applausu habitam in Theatro Anatomico Almæ  
Vniuersitatis Patavinae,*

Sub fœlicissimis Illustrissimorum, & Præcellentiss.  
Moderatorum auspiciis;

In Laudem, & honorem Clariss. & Excellentiss. Viri


D. ADRIANI SPIGELII  
BRUXELLENSIS

Chirurgiæ ordinariæ Prælectoris meritissimi,  
& Anatomici Præstantissimi,

*Cuius Opera, & singulari industria totius admiranda Humani corporis  
fabrica, plenè, & planè nobis demonstrata, & exposita hoc  
Anno Christi 1618.*



PATAVIL Apud Io. Baptistam de Martinis. 1618.  
*Superiorum Permissu.*



# INZOLVM

**S** pigelium indoctum dicis: concedit: at audi:  
Socrate quid si sit doctior? idne fat est?

Ille vnum hoc sciuit quòd se nil scire sciebāt:  
Hic duo: nam nouit te quoq; scire nihil;

I. D. D. M. P.



Illustris. & Præcellentis.

ACADEMIÆ  
PATAVINÆ  
MODERATORIBVS.

ANTONIO PRIOLO D. Marci Procurator:  
HIERONIMO IUSTINIANO D. Marci Procurat.  
ANDREAE MAVROCENO.

NATIONES IN ACADEMIA  
PATAVINA S.



*NOT, quantasq; vobis Patres Illustris. Præcellentis. gratias debemus, mente forsi tan concipere possumus, conceptas exprimere non possumus; Imò potius quod obarratis fatale est quò plus debitores, eò magis de nouo semper aliquid supra corradentes, ita beneficiorum vestrorum multitudine opprimimur, vt nil aliud iam supersit quàm vciam olim nos non amplius esse soluendo verè fateamur; Et hoc præsertim tempore in quo prudentia pariter, & prouidentia vestra tantùm emicuerunt in tanto viro ad anatomie publicæ demonstrationem seligendo; nec. n. in villo magis generosorū hominum generose eminentes quàm in libera eorum selectione qui digniores, aliquid supra vulgus in arte sua sapiunt. Hic est ille vester Spigelius cui à vobis patres Illustris. demandata est hæc provincia, qui quanto cum honore in obeundo suo munere omnium expectationibus omnifariam satisfecerit, non ita pridem persensit frequentiam suam Theatrum hoc vestrum Anatomicum; Nam vt taceamus primariorum, & reue-*

ra èminentiorum, non tam losis quàm veris laudibus medicorum al-  
 tra vestra vniuersitatis concursum assiduū quid nobilissimorū philia-  
 ror. indefessos memoramus applausus, nec minus modò sed & vestra-  
 rum nationū, cum, Germaniæ Belgia, Polonia, Anglia, Scotia, Gallia  
 Græcia ipsiusq; etiam Italia? Gracitate enim iua ita decenti, mente ita  
 modesta, et subtili manu, et distincta voce, dictione adeo facili, ita  
 stantidemq; oratione singula perstrinxit ut vniuersa astantiū Corona  
 SPIGELIUM SPIGELIUM non minori affectu quàm frequentia vu-  
 diq; resonaret frustra inco: im ipsius Antea's oblectantibus, quorū in-  
 sultus plus solide ipsius san: addidisse, quàm detraxisse vnamiter  
 iudicant omnes; Quorum quidem omnium ut certior foret fides, re-  
 straq; Patres sapientiss. in tam eximio viro seligendo magis, magisq;  
 elucesceret prudentia quæ sparsim in illius laudem contexta inuenimus  
 Carmina, absalato iam ab illa post tres septimanas felicissimè suo mu-  
 nere, coniunctim in libellum hunc collegimus, quem sub vestris auspi-  
 cys nominumq; augustiss. triplici clypeo in lucem prodire a quissimum  
 fuit, ut quem vestra singulari prudentia tanto munere anatomico di-  
 gniss. iudicatis, eundem omnibus omnium gentium calculis suffragijs-  
 que approbatis, audiat, Quocirca, cum ut nihil magis in gloriam  
 et edu virtutum amatoribus quàm quod à face vniūgi viros verè emi-  
 nentes fecerere possint, ita nec quicquam isdem gratius esse soleat,  
 quàm ut à se felices tales ab omnibus haberi intelligant. Ideoq; quod  
 vestre laudes Patres Præcellentiss. hinc magis elucescerent vestrum  
 quoq; Spigelium vobis damus, commendamus merito laudamus. Plu-  
 rum vos pro solempni, et solita erga vestros humanitate suspicite, con-  
 tra maleuolorum impetus defendite, protegite. Nos interim quod no-  
 strum est Deum opt. Max. precamur, ut vos Illustriss. Patres, augu-  
 stissimiq; vestri Ordinis singulos Sereniss. Reipub. commodo, almaq;  
 vestre vniuersitatis incremento diutissimè seruet. Valete, & vniue.

Datum Patani, Sept. Id. Mart. 1618.

In Clarissimi, & Excellentis. Viri  
D. ADRIANI SPIGELII  
BRUXELEN SIS

Humani corporis fabricam subtilissime in frequentis-  
simo Theatro publicè dissoluentis

LAUDES MERITISSIMAS.

Ode Lyrica, Heroica.

**V**ldi in Theatro corpora publico  
Docta secantem Spigelium manu  
Artem stupendam dissecantis

Discite progenies futura,  
Subtiliori pollicis impetu

Ferrum coarctans, per sibi cognitos

Ducit recessus, hinc in imas

Corporis & penetrat medullas

Im iamque nobis conspicientibus,

Prima pellis conspicuam dedit

Subtilis, & mox hinc secunda

Crassior, hinc adiposa moles

Hic

Hinc muscularum carnea portio,  
 Quam destinatam motibus, & suis  
     Fibris retexam, tendo iunctus,  
     Quamq; suum trahit in laborem.  
 His iam reclusis, viscera mox tribus  
 Apparuerunt singula sedibus  
     Ima secundaq; , & suprema  
     Cincta suis tunicis teneri ;  
 Naturæ in antro cellus infimo  
 Hepar recentis flumina sanguinis  
     Infrâ supraque proferebat .  
     Purpureis rapienda venis ;  
 Huic arca fellis proxima , dein lien  
 Leuam tenebat , mox latere in suo  
     Utrinque renes adjacentes ,  
     Quodq; suum officium gerebat ;  
 Hac inter regno submedius suo  
 Anfractuoso tramite viscerum  
     Deductus extremum in recessum  
     Ventriculus leuiter sedebat.  
 Cor altiori pectore conditum ,  
 Ex puriori sanguine spiritus  
     Ut texeret , pars unaqueq;  
     Per proprios comitatur usus .  
 Ast in supremum turre in eburnea  
 Tetius almae regia fabrica ,

Suis reductum Dædaleis  
Conspicuum nituit cerebrum  
Quid venularum mille propagines  
Amplis fluentes fontibus efferant!  
Arterias quid sublatentes,  
Quid comites referamve nervos!  
Ostensa nobis singula, singula  
Quæ clausa nostri corporis ambita,  
Quæ nec mihi si vel tricena  
Ora forent, memorare possim;  
Hæc cuncta nobis Spigelij manus,  
Mentis sagacis, munere prævio,  
Linguaq; mentem hanc æmulante,  
Ordine perfacili retexit.  
Imò priorum cognita nemini,  
Quàm multa nostris luminibus dedit  
Cernenda! quot nobis scienda,  
Pæonia Patrefecit artis?

Ad eundem Epigrammā.

**M**irentur Naturam alij quia nescit in unum  
E tot diuersis corpora particulis :  
Plus ego Spigelium, miror quia soluit ab uno  
In tot diuersas corpora particulas ;  
Difficilem facile est cuius annectere nodum :  
Non cuius nodum soluere difficilem .

Aliud ad eundem.

**T**am bene scētricem nouit. Spigelins artem ,  
Naturā vt proprias indicet arte vias :  
Ars omnis vulgō Naturam imitatur , vt aiunt ;  
Sed natura artem nunc imitata tuam .

Aliud.

**S**i sermo hic verus, Naturam Ars perficit, ille  
Aut nunc, aut nunquam deniq; , verus erit.

Faciebat Io. Dunbarus M. Britannus  
Doctor Medicus, & Philos.



In D. Adriani Spigellii Viri Clariss. Excel-  
lentiss. q; Dissectionem publicam  
corporis humani.

**I**nvidiam vidi laceram, miserabile visum!  
Vt nullum in toto corpore corpus erat:  
Invidiam vidi, & miseret vidisse misellam,  
Et causam miseri sciscitor augurij;  
Illa gemens inquit, dum mortua corpora scindit,  
Dextera me vivam Spigeliana secat.

Aliud ad eundem.

**N**atura dum pandit opes Spigelius arte,  
Eius miror opes, plus tamen artis opes.

Ad eundem Aliud.

**M**ense homines medio docuit qui noscere semet;  
An non perdocuit iudicet Invidia.

Posuit Robertus Giffardus Anglus  
Doctor Medic. & Philos.

# Epigramma Encomiasticum

In Gentis Spigelianæ honorem.

**C** Vique pater, patrisque pater, tritavusque, atavusque;  
Quintus ab hoc Medicus, cui quoque sextus erat,  
Quique etiam Medicus septena à stirpe resurgit  
Spigelius patriæ filius artis hic est.  
I nunc, & posthac quamvis sis ipse Apollo,  
Perge Asclepiadas tollere in astra tuos.  
Prisca novus præfers? gentem at Spigelida cernas.  
Hos hominem dices, hanc genuisse Deum.

Aliud de eadem.

**O** Lim Aesclepiadum genti medicina refulsit.  
Iam medicis splendet Spigeliana domus.

Recensuit Henricus Costerus Rostochiensis  
Germanus Doct. Philos. & Medic.

Ad Excellentiss. & Digniss. Virum D. Adrianum Spigelium Doct. Medic. Philos. & Anatomicum perfectiss.

**D** Octor Hippocrate ut nullus summoque Galeno  
Iam fuerat, quorum dogmata clara vigent:  
Sic nec te in medica quisquam præstantior arte,  
Imò non quamvis iste, vel ille foret:

Nimi.

*Nimirum medico non es modo sanguine cretus  
Sed Medicus veteres nunc imitaris auos :*

Hæc in grati animi memoriam ponebat Rodul-  
phus Lone Anglus, Scoticæ nationis  
Consiliarius.

Ad Eundem.

**S** Tigelium celsa dum cernit ab ætheris arce  
Morborum cæcas pandere Apollo. vias,  
Inuentum medicina meum est cui, dixerat, olim  
Ipse dedi mentem, iam dedit iste manum.

Allud de eundem.

**Q** Visquis morborum cæcos vis scire recessus,  
Aut nullum, aut nostrum Cōsule Spigelium

Posuit Elias Theobaldus Gallus Doctor  
Med. & Philosoph.

Ad Eundem virum Excellentiss. &c.

**I** Am mihi cum licuit Patavii spectare Theatro  
Corpora tam facili selecta, reselecta manu,  
Non ego nec Grecis magnos manuum arte Chironas  
Gallis Fernelios inuideove suos,  
Quin vos ò vestros soli videatis ametis,  
Unus pro cunctis est mihi Spigelius.

Aliud.

**Q**uanta anteriorio succrescit fama Theatro,  
Crescit Spigelio gloria tanta suo.

Faiebat Henricus Tookc Anglus  
Doctor, Philof. & Medic.

Adeunde in Præstantis. Virum

Aliud.

**D**um venas venis, dum carnes carnibus, ossa  
Ossibus, & iunctos segregat articulos,  
Hæc quàm miranda peragit Spigelius arte!  
Pollice quàm facili cùmcta secanda secat!  
Credo ego, si posset, stygijs remearet ab ùmbris,  
Sit tibi discipulus Cœus ut ipse tuus.

Adscribemat Fredericus Vvahopus Scotus  
Doctor Med. & Philof.

Aliud in Eiusdem Excellentis. Viri.  
Laudem.

**I**nclæta olympiacos quid iactas Græcia lusus?  
Amphitheatrales maxima Roma choros?  
Ecce recens veterum titulus Spigelius æquat,  
Æquat, quod magis est, & superaddit eis;

Consul

Consul vterq; simul vocat in spectacula vulgus,  
 Diuisis manet hinc dimidiandus honos.  
 Collegæ impatiens (quis enim concurrere tanto?)  
 Noster adest; meritò hinc conduplicandus honos.  
 Vix dederant Danais vnus quinquennia lusus,  
 Sed tibi dant quinas singula lustra vices,  
 Romulidum dederant viuo spectacula morti,  
 Defunctis reuocant Spigeliana diem.  
 Nam dum insensibiles referat mucrone meatus,  
 (arpunt mors, morbus, causa, dolorq; fugam.  
 Perge age, præq; alijs medicam dum perficis artem  
 Fac Adriane, tuum clarius ire iubar,

Cecinit Ludouicus Chithisterus Anglus  
 Anglicæ nationis Consiliarius.

Ad Eundem Aliud.

**P**ost, Antenorijs quisnam succedat Athenis  
 Fabritium, dubitans Padua docta petit:  
 Cui Phæbus: Batauum veniet Spigelius oris,  
 Quem mea progenies postera tota colet;  
 Et meritò; quicquid latium dat, Græcia quicquid,  
 Quicquid Arabs, quicquid secula nostra, sapit.

Ponebat Gulielmus Leslæus  
 Aberdonensis Scotus.

Aliud

Aliud Ad eundem.  
Iambi.

**C**um magnus architectus è rudi chao  
Lussisset alta templa cœli surgere,  
Grauesq; terras occupare inum locum,  
Mox fulsit æther mille stellis aureus,  
Risitq; Tellus mille floribus decens,  
Virente iam lasciuebant pascuo  
Greges nouelli, dulcis alitum Chorus  
Mulcebat auras, spectat artifex opus:  
Spectat, sed alter inquit, & diuinior  
Labor relictus est, simul sanctam manum  
Aptat, simulq; fingit admirabili  
Compage corpus; atque præstantissima  
Insigne forma, sic ut eius arserit  
Æterna mens amore, liquerit polum  
Pulchro ut cerebri clauderetur fornice,  
Mirande Spigel, ò stupenda fabrica  
Scrutator, unico tibi infimi sinus  
Sacri recessus unico patent tibi,  
Tu quo decore clara mentis regia  
Ornata, qua sit arx calentis spiritus  
Munita vi, quanam arte, tu quonam foco  
Alnum tepentes sanguinem coquunt lares  
Exponis ipso doctius Vesalio.

Posuit Theodorus Schuttius Belga  
De

De eodem.

**T**antum Spigelius refecandi excellit in arte,  
Ordine tam certo singula membra secat,  
Arte ut si vellet Natura resolvere corpus,  
Illius solam sumeret illa manum.

Petrus Lancea Ariminenf. Italus

De eodem.

**H**inc fugite o hominum lacerantes corpora morbi,  
Et vobis alio quarite tecta loco,  
Dextera Spigelij vestras ita subruit arceis,  
Sic aperit caecos lancea acuta sinus,  
Ut nisi vos celeres tanto subducitis hosti,  
Vos etiam ferro lancinet ille suo.

I. S. Polonus.

Ad eundem aliud.

**G**raci olim fuimus, fuit olim Gracia, & ingens  
Gloria Cecropidum, toti memorabilis orbi  
Hippocrates nostris fuit olim inuentus Athenis,  
Et vos o Troes, vos qui quandoq fuistis  
Reliquia Danaum, miseraq infamia Troia,  
Barbara progenies, nostraq, inuisa Minerua,  
Nunc estis, nobis totum & cum pallade regnum

Non

*Non cunctis rapuisse simul satis esse potastis.  
 Iud anteriorij ciues, pars vnica vestrum  
 Haec studia, has artes, ista incunabula nostrae  
 Palladis exceperere sibi, solisq; referuant.  
 Vincere quidem durũ est: patientia vincere victos  
 Durius hoc multum: sed adhuc patientia! Verũm  
 Exiguam victorum aciem nos vincere, Verũm  
 Graecia (quis credat?) quòd Graecia, Graecia tota  
 Vna anterioria iam nunc superetur ab urbe,  
 Quis ferat hoc? sed & hoc etiã, (proh fata, Deosq;) )  
 Hoc etiam miseri cogemur ferre; quid ultra?  
 Nobis nulla salus? saltem haec solatia victis,  
 Quòd quas nos quondã sacras inuenimus artes  
 His Patavi florere datum, quòd semina quondam  
 Qui dedimus nobis liceat modo carpere fructus,  
 Utque olim nostrum soliti spectare Galennum  
 Partibus humani mirandos corporis usus  
 Expressere, & totam rapere in sua verba Coronã,  
 Nunc & Spigelium liceat quoq; cernere vestrum  
 Arte pari iunctos disungere corporis artus,  
 Monstrare & pleno Naturae arcana Theatro;*

Discedens reliquit.

A. P. Cretens. Graec.

Sub:



Al Molto Illust. & Eccellentiss. Sig. Adriano  
Spigeli, dignissimo Anatomico.



**S**ublime splende, e nei stellati chiostri,  
Superbo spiega il suo valore il Sole,  
E sparge oue si estende a l'ampia mole,  
Del mondo, i raggi acciò il suo bel dimostri.

Ma egual non fia ch'à te in valor si mostri,  
O pur col suo splendor ch'il tuo ne inuole,  
Che i nodi oue huom se intrica ci schiarir suole,  
Di ragion quasi fraudolenti mostri.

Onde hor che scopri ogni più pleciol parte  
Del corpo humano, e vi auuiluppa i sensi,  
Ogni minima fibra, in nobil arte.

Così de la ragion a i campi immensi:  
Sparge d'ogni virtù raggi d'intorno,  
Che da lui sol risplende il mondo adorno!

Di Liuiò Giustinian Consigliero  
della Nation Ultramarina.

## In Zoilum.

**S**I doctior forem esse quam se iactitat  
Suburbicæ: domitor lupæ,  
Facundiorq; quam putat se distichans,  
Qui non cuticulam corripit.  
Effet quod agerem Zoilis dignum tuis,  
Per Iambicas iuro Deas.  
Effet quod agerem parthiis dignum fugis  
In vultures otio priuos:  
Sed parce Balbo atq; inuidæ Mafis lyræ,  
Si multa paucis comprimam:  
Si perprecer tibi tuisque Zoilis:  
Ut singuli quod agunt: agant.

Posuit Robertus Giffardus Anglus  
Doctor Medic. & Philof.

In eundem.

Aliud.

**Q**uisquis is es, nec enim mirū me haud nosse, nec vllū:  
Ipse ipsum quando te neq; nosse soles:  
Desine Spigelio, si vis, maledicere nostro,  
Ipsum ne doceat te modò nosse quis es;  
Scilicet, ò quis tu nisi crassa, & carnea moles  
Forsthan hic cultris subjicienda meis?

In eundem.

**T**riste supercilium, facies cui pallida, nasus  
Longior, Anguipedum lumina, lingua ferox.  
Hic ille es verè, si quid mihi Zoile credis,  
Hæc sunt ingenij symbola certa tui.

Aliud.

**S**pigelium mordere potes sed & ille Chirurgus  
Optimus, & dentes scit terebrare tuos.

I. D. D. M. P.

F I N I S.